

Iuxta conclusum deputationis ministerialis comitatus Pest et Solth committitur, ut in aggressores comitis Marsigli serio inquirat et edictum 500 imperialium se sponte accusanti et complices revelanti cedentium promulget.

In simili comitatu Hevessiensis, Csongradiensi et Baciensi,

Rosty.

A tergo: N. 23.

Ad conclusum deputationis ministerialis comitatibus Pest, Pilis et Soldt, Hevessiensis, Csongradiensis et Barsiensis¹ committitur, ut in aggressores comitis Marsigli serio inquirant et edictum 500 tallerorum se sponte accusanti et complices revelanti cedentium promulgent.

Originales in archivio Regni Hungariae Budapestini, sub signatura: Conc. Exp. N. 23. ex februario 1699.

5.

1699. febbraio 19. Vienna.

Mandatum nomine regis et imperatoris ad deputationem ministerialem submissum in facto spoliationis et aggressionis colonnelli Marsili.

Sacratissimae caesareae regiaeque maiestatis (nomine)² excelsae deputationi ministeriali aulicae hisce obsequiose insinuandum. Ea quae ad conclusa eiusdem deputationis ministerialis, diebus 12^a et 17^a praesentis mensis februarii habitae, tum circa gravaminum iura dominorum terrestrium per milites sive in oeconomico sive in civil, quo quo modo convulsa, tangentium solidam per comitatus expositionem, tum etiam tristem illum et publica vindicta vel maxime dignum violentae et sicariae atefatae suae maiestatis caesariae et regiae cubicularii et legionis pedestris colonelli domini comitis a Marsigli aggressionis casum, commerciorum item in regnum inductionem et procurandam ab omni praedonum insultu itinerum securitatem, non secus de computus opere et paratae pecuniae matura concessione per comitatus in quibus confederatae et conductitiae copiae desunt procuranda, uti et in puncto instantiam comitatus Neogradiensis concernente per cancellariam hanc regio-hungaricam aulicam expedienda innuebantur, actu debito effectui mancipari.

In unico duntaxat.... etc.... (L'altra parte della scrittura riguarda le istanze delle varie città ungheresi, etc.).

Ex consilio cancellariae regiae hungaricae aulicae,

Viennae die 19. mensis februarii 1699.

¹ Sic! Rectius: *Baciensis*.

² In originali deest!